

zu Oder

O.i.840(1-101).



THESES
DE IVRE EM
PHYTEVTICO.

QVAS DIVINA COADIVVANTE GRA-
TIA, PRAESIDIBVS CLARISS. CONSULTISS. VI-
ris, D.Ioanne Michaélis Cronenburgero, & D.Ioanne
Hollandt Marcodurano, SS.LL. Licent. Dictatore &
Fisco, in celeberrimo apud Vbios Iurisconsulto-
rum Collegio, publicè discutiendas
proponit.

CHRISTIANVS Haistein
AGRIPPINAS.


Anno Redemptionis humanae M. D. XC I.
16. Maij.



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

Z

23



ORDINIS RATIO.

GVm ad Exemplum Publicianaæ actionis, quæ superiori disputatione discussa est, alia quoque qua Emphyteuticario (qui non directum, sed utile dominium habet) subuenitur, adiuenta recta methodo rei vendicationis, & publicianaæ actionis materia absoluta, de Emphyteusi disputatio subsequitur.

VVesemb.in parat.ff.h.t.ia princ.

THEISIS I.

VT autem cum Cicerone, (a) à definitione ordiamur, Emphyteusi est contractus, (b) iuris civilis, (c) nominatus, (d) celebratus in scriptis, (e) stricti inris, (f) in quo dominus directo dominio sibi retento, rem immobilem pro annua pensione collendam, in perpetuum, aut ad longum tempus alteri concedit. (g)

(a) Cice.lib.1.offic.(b) l.1.&l.2.C.h.t.(c) Specul.in §.nunc aliqua in princ.de Emphyt. VVesemb.in parat.ff.h.t.nu.2. (d) d.l.1.C.h.t.(e) Iul.Clар. hanc communem afferit in §. Emphyteusi lib.4.sentent.Bald.C.h.t.(f) Iason in l.1.nu.76. Spec.d.loco (g) VVesemb. Mynsing.Schned.in §.adecò instit.de loc.& conduct.

II.

Scriptura autem adeo necessaria est in hoc contractu ut sine ea hic contractus perfici non possit. (a)

(a) l.2.C.h.t. & ibi glos.Iul.Clар.d.loc.Salic.in d.l.1.nu.5.Imola in cap.potuit.nu.7.Iason in d.l.1.nu.61.C.h.t.

III.

Denique Emphyteusi alia civilis, alia Ecclesiastica statuitur. (a) Civilis autem propriè perpetua dicitur, (b) Ecclesiastica vero non nisi ad tertiam generationem si filij vel nepotes existant se extendit. (c)

(a) Clar.d.§.Emphyteusi lib.4.sentent.q.16. VVesemb.in parat.ff.h.t.Ferrarien.in Rub.C.h.t.(b) arg.l.1.ff.h.t.(c) text.expressus in §.Emphyteusi, Authent.de nō alienandis.Iason l.2.num.160.C.h.t.

IV.

Emphyteusi etiam quamvis maximam affinitatem cum locatione habeat, (a) variae tamen inter eos constituantur differentiae, (b) cum conductor nec utile dominium habeat, (c) nec verè possidere rem locatam dicatur, (d) locatio quoq; tam de rebus mobilibus, quam immobilibus fieri possit, Emphyteusi vero non nisi de immobilibus. (e)

(a) §.adecò Instit.de locat.& conduct. Iul.Clар.d.§. Emphyteusi q.1.(b) Spec.has & multas alias differentias recenset in d.§.nunc aliqua, de Emphyteusi, (c) l.si quis C.de locat.& conduct.(d) l.1.C.de usufruct.i aliquam ff.de acquir.possess (e) Speculat.d.loco ibi plures allegat.

Porrò

26

V.

Porrò in hoc contractu minima quædam pensio solui debet, quæ fructibus non corresponteat, sed tantum pro recognitione soluatur. (a)

(a) Iul. Clar. lib. 4. sentent. d. §. Emphyteusis q. 1. Natta consil. 49. num. 7.

VI.

Sed hic elegans admodum sese offert quæstio: An Emphyteuta sicut damnum, eodem modo & augmentum rei Emphyteuticæ sibi acquirat? (a) Et affirmatiuam defendere non verebor. (b)

(a) Quia contrariorum eadem est natura l. vlt. ff. de ll. (b) Bartol. in l. i. ff. h. t. nu. 10. l. secundum naturam ff. de regul. iur. §. illud Institut. de societ.

VII.

Meliorationes vero suas, sicut nec ius Emphyteuticarum, in alium absque domini consensu transferre non potest; (a) nisi super hoc certas aliquas habeat pactiones, quæ obseruari debent. (b)

(a) Speculat. d. §. nunc aliqua q. 136. (b) l. 2. C. h. tit. in princip. Ferrariens. in Rub. C. h. tit.

VIII.

Transmissa vero domino attestatione, ei quantum ab alijs reuera habere poterat, soluere nolenti, post duorum mensium spatium, absque ipsius domini licentia, Emphyteuta, meliorationes, quas ex re Emphyteutica accepit alijs, vendere potest. (a)

(a) l. 4. C. h. t. Speculator d. §. nunc aliqua de Emphyteusi, q. 46.

IX.

Sed an alteri legare, vel donare, (a) permutare, (b) aut hypothecare absque domini consensu rem Emphyteuticam (c) posset, varie interpretes disputant? & in omnibus affirmatiuam defendere non erubescam.

(a) gloss. in d. l. fin. in verbo alijs vendere, C. h. t. quam Dd. Communiter sequuntur. Imola in l. si domus §. fin. ff. de legat. i. Clar. d. loco q. 15. num. 2. Bald. in d. l. si domus §. fin. ff. de legat. i. si tamen fiat bona fide. Spec. d. §. nunc aliqua de Emphyt. (c) glos. in d. l. fin. in verb. alijs vendere C. h. t. Iason in ead. l. num. 78.

X.

Denum Emphyteuta canonem soluere tenetur integrum, semper in fine anni, sicuti in pensionibus fere omnibus etiam de consuetudine obseruatur. (a)

(a) Iason in d. l. 2. C. h. t. ibi quamplurimos allegat, num. 180. Clar. d. §. Emphyteusis. lib. 4. sent. q. 12.

XI.

An verò ob sterilitatem minui Canon debeat, disputatum inuenio? (a) Et negatiuam opinionem veriorem assero. (b)

(a) apud

(a) apud Speculat. d. §. nunc aliqua, q. 137. (b) l. i. C. h. t. Gaill lib. 2. obseruat. 22. Clar. d.
§. Emphyteusis.

XII.

Verum si tanta emergerit clades, ut tota res quae in Emphyteusin data est pereat, id non Emphyteuticario sed dominino rei imputetur, sin vero particulare aliquod damnum contigerit, id Emphyteuticario adscribendum erit. (a)
(a) l. i. C. h. t. tunc enim substantia rei permanet.

XIII.

Sed si uno anno dominus remissionem propter cladem Emphyteuta dederit, sequentibus autem annis vertas contingat, nihil obest domino remissio, sed integrampensionem, etiam eius anni quo remisit, exigere potest. (a)

(a) l. 15. §. si uno ff. locat. & conduct. ibidem obseruari & in locatione idem ostenditur. gloss. Bart. & Duar. ibid.

XIV.

Ad huius tamen Canonis solutionem, tantopere Emphyteuta astringitur, ut si in solu-

tione per triennium cessauerit, à prædio Emphyteuticario expelli possit. (a)

(a) Gaill lib. 2. obser. 51. l. 2. C. h. t. Mynsing. cent. 3. obser. 65. l. creditores C. de pignorib.

l. apud Labconem ff. de doli mali except.

X V.

Hinc alia non inelegans promanat quoq; questio: dominus ne propria autoritate eum expellere possit, an vero iudicis officium implorare debeat? Et stricto iure quidem propria autoritate eum expelli posse. (a) Verum de honestate & æquitate Iudicis officium implorandum esse afferro. (b)

(a) arg. l. creditores C. de pignor. l. 2. C. h. t. Clar. lib. 4. sentent. d. §. Emphyteusis q. 9. Iason in l. Emphyteuticarius C. h. t. Dec. consil. 46. num. 7. (b) Gaill lib. 2. de pace pub. cap. 3. & obser. lib. 2. obser. 51. Mynsing. obser. 65. cent. 3. glos. in d. l. 2. C. h. t.

X VI.

Attamen si quis eo pacto rem dederit in Emphyteusin, ut alternis mensibus pensionem soluat, tempus duplicari oportet, & sex menses dominus expectare cogitur, ante quam eum expellere possit. (a)

(a) arg. l. si sic ff. quemad. seruitut. amitt. Speculat. d. loc. q. 87. Ferrar. in Rub. C. h. t. Iul. Clar. d. §. Emphyteusis q. 13.

XVII.

Denique si Emphyteuta domino Canonem pro tribus aut quatuor annis soluere offerat, & ita liberari, domino liberum erit velutne recipere nec ne, & cogi non poterit, (a) nec per depositionem Emphyteuta liberabitur. (b)

(a) Specul.

26

(a) Specul. s̄epe cit. loco q. 42. Et hæc est commun. opinio. (b) Iason in l. 2. num. 66 & seq. De Iure Emphyt. Decius in l. cum tempus num. 8. ff. de reg. iur. Alexand. in l. stipula-
tio §. inter certam num. 5. ff. de verbor. obligat. Clar. s̄epe cit. §. Emphyteusis q. 12.

XVIII.

Cum autem Emphyteuta propter moram solutionis à domino expellitur, an ad pensio-
nis subtracta solutionem quoque tenetur, varijs Dd. argumentis agitata est quæstio? Et
non teneri in civili Emphyteusi defendam: (a) Secus vero in Ecclesiastica, (b) nisi id in
Emphyteuticis instrumentis expresse cautum fuerit. (c)

(a) l. apud Labeonem ff. de doli mali except. l. qui fidem ff. de transact. (b) Authent. hoc
ius & Authent. qui rem de non alienand. (c) s̄epe d. l. 2. C. h. t. in princ.

XIX.

Sed si Emphyteuta deceſſit, duobus relictis hæredibus quorum unus soluit partem suam
canonis, alter vero in solutione ceſſauit, an dominus vtrumq; deijcere poſſit, non inutiliter
ambigitur? Et affirmatiuam, tanquam legibus magis consentaneam defendam. (a)

(a) l. hæredes §. antea ff. famil. erciscundæ. Bart. in l. stipulationum alia ff. de verbo. ob-
ligat. Dyn. ibid. Speculat. cit. §. nunc aliqua q. 73.

XX.

Quod si dominus in contractu Emphyteutico, ultra dimidiā iusti preti partem dece-
ptus fuerit, petere potest, vt officio Iudicis contractus iste rescindatur. (a)

(a) arg. l. 2. C. de rescind. vendit. c. cum dilecti ext. de empt. & vendit. Spec. cit. loco q. 91.

XXI.

Emphyteuta quamvis utile dominium rei Emphyteuticæ habeat, attamen abſq; licen-
tia domini arbores fructiferas incidere non poſteſt, licet hodie de consuetudine aliter ob-
seruetur. (a)

(a) Bart. in l. diuortio §. si fundum ff. soluto matri. num. 3. Iason in eod. §. num. 2. qui
omnes tam antiquos quam modernos Dd. in ea sententia eſſe affirmat. Clar. cit. §. Em-
phyteusis q. 26.

XXII.

Plures hæredes si existant, abſq; licentia domini rem Emphyteuticam ad ſe per here-
ditatem translatam, diuidere non poterunt. (a)

(a) l. 1. ff. communis diuidendo, diuifio enim ſimilis eſt venditioni, vt quoque eſt in l.
2. Comm. vtriusque iur.

XXIII.

Sed ardua admodum hic exurgit quæſtio: An filius patris hæreditate repudiata rem
Emphyteuticam retinere poſſit? Et cum IC. Gaillio affirmatiuam veriorem affirmo. (a)

(a) Gaill lib. 2. obſcr. 128. Bart. in l. si tibi §. si pactus ff. de pactis Maranta in l. 15. ff. de
acquir. hæredit. Et ibi plures allegat.

Hec

XXIV.

Hac intricata quoq₃ sicut perutilis, ita necessaria nullo modo præteriri debet quæstio:
An Emphyteusis ad extraneos heredes transeat? Et ciuilem (a) ad extraneos transfire
affero, Ecclesiasticam vero, non nisi concessa fuerit extraneis, vel in ipsa inuestitura hoc
expresse cautum fuerit. (b)

(a) Iul. Clar. in d. §. Emphyteusis q. 28. in princ. glos. in I etiam 19. ibi Castren. num. 3.
Bart. num. 2. ff. solut. mat. Alexand. consil. 89. in princ. lib. 4. Clar. in d. §. vers. Tertius est,
ibi quamplurimos pro & contra adducit, hanc tamē communiorem asserit, q. 28. (b) Co-
uarr. variar. resolut. cap. 17. Curt. Junior consil. 4. num. 1. Clar. d. loco.

XXV.

Filiae quoque eodem modo sicut filij legitimi, in Emphyteusi tam ciuili, quam Ecclesi-
stica, succedunt, nisi id in inuestitura expresse prohibitum fuerit. (a)

(a) Berous in c. in præsentia num. 41. & seq. de probat. l. 2. C. h. t. Iul. Clar. hanc commu-
nem asserit d. §. q. 32.

XXVI.

Emphyteusis si à priuato concessa sit, confiscatis Emphyteutæ bonis, vna in fiscum tran-
sit, (a) licet sint qui contradicant. (b)

(a) Alexander consil. 23. num. 5. lib. 1. Clar. d. §. q. 29. (b) Boer. decis. 378. num. 7. Bart. in l.
Si finita §. de vectigalibus ff. de damno infecto, qui tamen sub distinctione hoc defendit.

COROLLARIVM.

Corollarij loco nobilis hæc ac insignis admodum ponatur quæstio: An Vasallus, pos-
sit rem feudalem alteri concedere in Emphyteusin? Et negatiuam cum Bald. ac
alijs defendam. (a)

(a) Bald. in c. 1. §. aut si. quib. mod. feud. amitt. Curt. Junior de feud. Clar. §. feudum lib.
4. sent. q. 33. & d. §. Emphyteusis q. 5.

FINIS.

26



N I X

colliguntur. Tunc tamen non solum quodammodo, sed etiam in aliis modis
admodum certatos habet, nonnulli. Primum certos continet in aliis modis, ut
in primis, quodammodo, in aliis modis, nonnulli. Secundum certos continet in aliis modis, ut
in primis, quodammodo, in aliis modis, nonnulli. Tertium certos continet in aliis modis, ut
in primis, quodammodo, in aliis modis, nonnulli.

V X X

Colliguntur. Tunc tamen non solum quodammodo, sed etiam in aliis modis
admodum certatos habet, nonnulli. Primum certos continet in aliis modis, ut
in primis, quodammodo, in aliis modis, nonnulli. Secundum certos continet in aliis modis, ut
in primis, quodammodo, in aliis modis, nonnulli. Tertium certos continet in aliis modis, ut
in primis, quodammodo, in aliis modis, nonnulli.

V X X

Colliguntur. Tunc tamen non solum quodammodo, sed etiam in aliis modis
admodum certatos habet, nonnulli. Primum certos continet in aliis modis, ut
in primis, quodammodo, in aliis modis, nonnulli. Secundum certos continet in aliis modis, ut
in primis, quodammodo, in aliis modis, nonnulli. Tertium certos continet in aliis modis, ut
in primis, quodammodo, in aliis modis, nonnulli.

GOROLARIA M.

2 1 6 3

AB:153255
(X2203998)

K

D. Legat. St. Thomasm. Cod. 12

Farbkarte #13

B.I.G.

